

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9333

Auteur(s) : Philippe, Rennes (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1182, 9 janvier

Lieu d'émission : Rennes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe évêque de Rennes confirme à l'abbaye de Savigny tous les dons faits dans son diocèse.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 974, n° 979.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 682 (extraits).

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XCIV)

Texte d'après A

Universis sancte ecclesie filiis presentibus pariter et futuris Philippus Dei gratia Redonensis episcopus eternam in Domino salutem. Cum virorum religiosorum paci quietique pia nos decet diligentia providere et res eorum tueri semper et quantum possumus rationabiliter augmentare, dilectis fratribus nostris abbati et monachi Savigneii, pro amore Dei et salute nostra et antecessorum nostrorum successorumque Redonensium episcoporum et amicorum nostrorum et omnium fidelium Christianorum benigne concedimus et ad destruendas calumnias Beati Petri auctoritate et commissa nobis divinius potestate in perpetuam elemosinam confirmamus, salvo jure Redonensis ecclesie, et nostro, omnes terras, omnes possessiones, omnes elemosinas quascumque modi sint quas vel habent in presenti vel in futuro legitime poterunt adipisci tam in feodo nostro quam in tota diocesi nostra et nominatim ea que suscripta sunt. Ex Dodonis de Moscon et Adam et Mabon filiorum Zacharie et ex concessu omnium fratrum et filiorum suorum et ex dono etiam Hamonis de Falco et filiorum suorum, concessu predicti Dodonis domini sui totam terram Brollii de Moscon cum toto nemore et pratis ad ipsum Brollium pertinentibus, omnia libera et quieta. Ex dono Willelmi Poignart et Ruelloni fratris sui et ex concessione domini sui Roberti de Moscon et filiorum suorum et ex concessu omnium fratrum ipsius Roberti et filiorum ipsorum totam terram de Vallibus et campos Mainerii et pratum de Cormeria omnia omnino libera et quieta preter XX denarios Redonensis monete de mangero

Redonensis episcopi. Ex dono Johannis et Hai filiorum Huberti atque omnium filiorum et nepotum suorum et ex concessione Gaufridi Bovarii et filiorum ipsius Willelmi atque Roberti et Dodonis domini sui, concedente etiam Willelmo de Gaillola et omnibus filiis Zacharie et filiis ipsorum totam terram quam predictus Hubertus et filii ejus habuerunt in Gaillola liberam et quietam cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Willelmi de Gaillola et ex concessione Gaufridi Bovarii et filiorum suorum, concedentibus etiam predicto Dodone et omnibus filiis Zacharie et filiis ipsorum quendam campum terre de Gaillola et quamdam landulam juxta viam Redonensem et Sancti Sulpicii libera et quieta. Ex dono Gaufridi Bovarii et Willelmi et Roberti filiorum ejus et ex concessione Willelmi de Gaillola et sepepredicti Dodonis et omnium filiorum Zacharie et filiorum ipsorum quendam landam terre juxta viam Redonensem et Sancti Sulpicii et juxta predictam landulam quam donavit Willelmus de Gaillola liberam et quietam. Ex dono Eudonis de Borrianda et Alvei Lupi fratris sui et omnium filiorum suorum et Borrosi et Eudonis filii Sorcier campum Vizelle et noam juxta campum libera et quieta preter IIII denarios andegavensis monete. Ex dono Johannis de Calandor et nepotum suorum Jesberti et Willelmi et ex concessione Willelmi de Falco, domini sui et Gaufridi fratris sui necnon et omnium filiorum Zacharie et filiorum ipsorum II campos juxta terram Huberti liberos et quietos. Ex dono Alani de Moscon et omnium fratrum ac nepotum suorum totum campum Noel et duas dietarias terre eidem campo contiguas libera et quieta. Ex dono Adam de Moscon et filiorum suorum Hervei et Evelini et ex concessione omnium fratrum ac nepotum suorum quendam medietariam suam propriam in Moscon que vocatur terra Radulfi Oso, liberam et quietam quam donacionem concesserunt Johannes Sacerdos et Bernardus Brisorguil frater ejus qui terram illam de hereditate sua esse dicebant. Ex dono Rafredi filii Isembardi et Eudonis fratris sui et Babini filii Rafredi, concedentibus nepotibus suis Petro et Main, concedente etiam Herveo de Orgeria et Evelino fratre suo, concedentibus etiam omnibus filiis Zacharie et filiis ipsorum illam partem medietarie Normanni que est juxta viam Redonensem ad Filgerias a superiori parte preter unam quarteriam terre in capite ipsius terre versus Calandor liberam et quietam, exceptis VI denariis de mangero episcopi. Ex dono Willelmi de Falco, concessione omnium fratrum suorum quemdam campum terre juxta viam Redonensem et Torignei et campum qui vocatur Osca Renois utraque libera et quieta. Ex dono Willelmi Lupi et concessione Johannis Lupelli et Hervei de Borrianda et Ysenbardi, concedente Herveo de Orgeria et Evelino fratre suo IIII jornatas terre de Tusca Lamberti liberas omnino et quietas, preter unum denarium andegavensem. Ex dono Molnerii de Moscon et Gaufridi filii sui et ex dono Zacharie de Moscon, concedente Willelmo fratre suo, unius cujusque portionem suam de terra Landemebove. Ex dono Roberti de Moscon concessione omnium fratrum ac nepotum suorum quendam partem campi qui est juxta viam crosam liberam omnino et quietam. Ex dono Main de Carboneriis, concessione filiorum suorum Guillelmi et Gaufridi et filie sue Haois, concedente etiam Radulfo Vetulo genere suo unum pratum in Carboneriis liberum et quietum. Ex dono Willelmi Poignart et Ruellonis fratris sui totam terram que vocatur Tatelin liberam et quietam. Ex dono Willelmi Bovarii quicquid habebat in terra de Tatelin et in terra de Girandel et II jornatas prati in prato Ligarde et quicquid juris habebat in campis illis qui dicuntur campi Raginaldi et preter hec omnia terrarum predictarum decimas, omnia videlicet libera et quieta et ab omni servicio absoluta. Ex dono Conani de Castello Gilonis, concedentibus filiis suis campum Bohardi liberum et quietum, concedentibus etiam hominibus suis ad quorum feodum campus ille pertinebat. Ex dono Hervei de Sesson, concedente Herveo filio suo et Johanne Chesnel et Johanne filio ipsius dimidiam terram Trembleii liberam et quietam, quam terram concesserunt omnes homines ipsius Hervei qui ad hereditatem suam terram illam pertinere dicebant. Et ex dono abbatis et monachorum Sancti Melanii XII denarios quos in terra illa habere debebant. Ex dono Guidonis Forestarii, concessione duarum filiarum suarum et concessione fratrum suorum Gaufridi et petri, concedent etiam Eveno Puella et Noel filio suo, pratum de Rigneio quod est juxta fontem Theois. Ex dono Molneri de Moscon, concessione Gaufridi filii sui, concedente Radulfo filio Alemanni et Alemanno filio ejus terram que vocatur Marra Alcher liberam et quietam, preter II solidos Redonenses Alemanno reddendos. Ex dono Godaldi de Sesson et Peissonis fratris sui, concessione filiorum suorum ac nepotum, concessione etiam domini sui Roberti de Moscon et filiorum Radulfi et Johannis et Radulfi et concessione Zacharie de Moscon et Willelmi fratris sui, concessione etiam Pagani de Sesson, totam illam partem Verneie que fuit hartempie liberam et quietam preter recognitionem V solidorum andegavensium et totam reliquam terram de Verneia cum pratis ad eam pertinentibus quam habent ipsi monachi Savigneii a Willelmo filio Pagani in perpetuam feodo firmam pro ea reddentes eidem Willelmo VI quarterios frumenti ad Redonensem masuram et preterea quicquid habebat ipse Willelmus filius Pagani in Nois Johannis. Ex dono Gaufridi Torcheburre et sororis sue, concessione filiorum ac nepotum suorum, concedente Petro de Coldreio et Doa sorore sua et filiis suis Johanne, Roberto, Willelmo, concessione Drue de Spineto et filiorum suorum Galteri et Ernulfi, concedente etiam Willelmo Main totam partem suam de Verneia liberam et quietam, excepta recognitione II solidorum Redonensium. Ex dono Conani ducis Britannie et comitis Richemundie Campum Floridum et Filgeria Bellekerus, totam scilicet

terram planam et boscum et cetera omnia sicut in carta ejusdem ducis continentur. Ex dono ejusdem Conani et alterius Conani avi et predecessoris suis herbagium ad falcandum et pasturam et pasnagium et ligna ad focum et ad edifica domorum suarum in foresta Redonensi et in omnibus forestis suis sicut in cartis amborum continentur. Ex dono forestariorum Redonensis foreste, Guidonis et Radulfi et Willelmi, concessione filiorum et fratrum suorum quicquid ad jus suum pertinebat in eo quod dederant eis predicti duces in foresta Redonensi. Item ex dono Guidonis Forestarii et Radulfi de Buxeria et Willelmi de Desercol, concedentibus filiis et fratribus suis in foresta Redonensi Noam Gaudrieti totam omnino liberam et quietam et ab omni servitio et consuetudine absolutam. Ex dono Roberti de Vitreio grangiam de Faiel cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Ruelloni filii Petri et nepotum ejus petri, Ausgeri et Eudonis, pratum de Bernuce, pratum de Booleria, pratum de Vioeffuso et alia plura ad jus eorum pertinencia in foresta de Vitreio, terram que vocatur Tealderia quam habent ipsi monachi Savigneii ab abbate et conventu Sancti Melanii Redonensis et XII denarios quos in terra de Trembleio monachi Sancti melanii clamabant et terciam partem decime tocius parrochie Sancti Melanii super Viceconiam quam habent ab eisdem monachis Sancti Melanii et aliam terciam partem decime ejusdem quam habent ipsi monachi Savigneii a Rainaldo de Sancto Melanio et campum de Cruce quem habent ab eodem Rainaldo et totam partem suam illius terre que vocatur terra Godin. Ex dono Hervei Escortedars, concedente Roberto de Sancto Vitreio partem terre sue de Tyseio quam jure hereditario possidebat. Ex concessione abbatis et conventus Sancti Melanii, jus omne quod clamabant in Faiel et in vado Petroso et in decimis terrarum illarum quas monachi Savigneii possidebant tam in parrochia de Sesson quam in parrochia de Torigneio, ad grangiam de Vallibus pertinencium et quicquid clamabant Willelmus filius Dosedun et Odon de Capella in Brollio de Moscon et in medietaria Normanni. Ex dono Roberti de Vitreio locum Luvigneii cum omnibus pertinenciis suis et vineam de Campo Caponis quam habent a Hatone et fratribus ejus. Ex dono domini Radulfi Filgeriarum et hominum suorum locum de Mondigneio cum bosco et terris et pratis et aquis et omnibus pertinenciis suis. Ex dono ejusdem Radulfi in forestis suis pasnagium priorum porcorum et in omni terra sua herbagia et omnes communiones alias et per omnem terram suam quietanciam omnium consuetudinem. Ex dono Peregrine filie Gaufridi filii Reginaldi et Roberti Viarii cognati ejus molendinum quod fuit Gaufridi filii Reginaldi et stannum et pratum ejusdem molendini et masuram molendinarii et moltam tocius terre ipsius Gaufridi filii Reginaldi de Foresta et quicquid ad ipsum pertinebat et dimidiam terram predicti Gaufridi filii Reginaldi que est in monte juxta montem qui est ante ipsum molendinum et II domos in Risleio cum omnibus consuetudinibus suis que fuerunt ejusdem Gaufridi omnia hec que a prefata Peregrina et Roberto Viario donata sunt monasterio Savigneii, concedente domino Radulfo Filgeriarum. Ex dono Willelmi sacerdotis de Sancto Leonardo I domum in foro Filgeriensi cum omnibus consuetudinibus et pertinenciis suis concedente domino Radulfo Filgeriensi. Ex donacione episcoporum Redonensium Roaldi, Hamelini, Stephani et nostram ecclesiam Sancti Martini de Loratorio et totum cimiterium et omnes decimas tocius parrochie et electionem et presentationem et liberam dispositionem presbiteri et omnes res ad ipsam ecclesiam pertinentes et ab abbate et monachis Sancti Melanii duas partes decime tocius bladii de parrochia Ferrati, in parrochia de Loratorio terram quam donaverunt ipsis monachis Savigneii Hamelinus de Rotella et filii ejus, concedente domina Avicia de Filgeriis et terram quam donavit eis Reginaldus filius Fulcon et terram quam donavit eis Willelmus Canocer de Belceio et terram que vocatur Boolosa quam ipsis donaverunt Hamelinus de Lovigneio et filii ejus et terram que vocatur Galanea cum appendiciis suis excepto Monte Luvero quam eis donaverat paganus Sanseline et filii ejus et terram que vocatur Dollet et forestam de Marchis cum omnibus pertinenciis suis, quam terram cum foresta donaverunt eisdem monachis Herveus de Lineriis et Henricus et Robertus filii ejus. Ex dono Hasculfi Roaldi et Petri filii sui et Berengerii cognati sui in villa de Ferreio totum quarterium Bovet cum omnibus pertinenciis suis. Ex dono Haitonis de Rocherio VIII jugera terre de dominico suo juxta Mondigneium. Has itaque subscriptas donaciones atque concessiones nec non et omnia alia ad predictum Savigneii monasterium pertinencia ubicumque sive in feodo nostro sive in toto episcopatu nostro jam possidet aut in posterum, domino largiente, poterit acquirere, universa libera et quieta et ab omni consuetudine et servicio et exercitu et corvea et tallia et omni modo questa absoluta, eis duntaxat exceptis que superius in aliquibus locis sunt determinata, benigne concedimus et salvo jure Redonensis ecclesie et nostro confirmamus et in protectione et in manutenencia et munimento Sancti Petri et nostro fidelliter suscipimus et firmiter retinemus, quod ne aliqua oblivione aut calumnia possit in evum corrompi, presenti scripto munivimus nostrique impressione sigilli roboravimus. Testibus Hamelino thesaurario Redonensi, Maldeto magistro scholarum, Joscio decano Redonensi, Guidone de Sancto Laurentio, magistro Willelmo de Vira, Ruellone monacho Clarimontis et Gervasio et Rainaldo, Nicolao monacho Savigneii et Jacobo et fratre Bernardo, Eudone preposito de Bruz, Roberto de Apigneio, Torterio, Willelmo presbitero de Sancto Stephano, Gervasio de Trembleio, Stephano Cope et Matheo filio Greye et Gaufrido de Alneto et aliis. Actum Redonis anno ab Incarnatione Domini M^cLXXXI feria IIII in octabis Epiphanie, presidente in Romana cathedra Lucio, duce existente in Britannia Gaufrido Henrici regis filio.